

Wf
665



h. 6

I
I



5.
IN NATALEM XXXIII.

ILLUSTRISSIMI AC CELSISSIMI
Principis ac Domini,

Dn. JOHANNIS
PHILIPPI,

DVCIS SAXONIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ
AC MONTIUM, LANDGRAVII THURINGIÆ,
Marchionis Misniæ, Comitis de Marca & Ravens-
purg, Domini in Ravenstein, &c.



ALTENBURGI,
IN OFFICINA ILLUSTRIS,
Anno,

M DC XXIX.

DA. JOHANNES

PHILIPPUS

DUCIS SACCONIAE, IVLII, CIVIS

PROFESSORIS



IN OFFICINA A. L. H. STR.

ANNO

M. DC. XXIX.



U

Su

Vo

u

M

Ma

Ev

O

Du

Prin

Sit

Hoc

Fac

Uin





Vivit adhuc JANUS Celsissimus eia PHILIPPUS,

Et sanum in sano corpore pectus habet.

Vivit adhuc, Solisq; videt jubar inclytus Heros,

Saxoniae columen, luxq; decusq; Domus.

Vivit, 5 etatis tertium trigesimum 5 annum

Incipit: aeternò sic moderante DEO.

Subditus hinc omnis mecum letetur, ovetq;

Ac geniale melos pangere promptus amet.

Vota DEO Patria pro Patre feramus ad aras,

Illius addentes vota precesq; preci;

Ut longos Ipsi cum Conjuge Proleg; Soles

Proroget, optata detq; Quietis opes.

Marte colat pulso Pacem! Pax optima rerum:

Pax replet cameras: Pax parit omne bonum.

Marte jacent Artes: Legum jacet omnis honestas,

Ac Verbi virtus relligiosa tacet.

Eveniant Patria Patrique leta precamur,

Tutus ut hoc vivat sub Patre quisq; diu!

Aegidius Hunnius D.

O DEUS piissime
Adjuvator omnium
Dux Comesque credulùm,
Principis custodia
Sit TIBI concredita.
Hoc cruento tempore;
Fac tuam potentiam,
Vim retunde militum

Totque cedes hostium,
Tartara illos perduant:
O tuere sedulo
Principem cum Fratibus,
Et tuere hac agmina
Christiani nominis,
Ab tuam pupillulam!
Ritè qua in te spem suam

A 2

Colle.



Collocat, gemit, petit,
Ut sui curam geras,

O PATRONE pauperum
Nunc ades petentibus!

Ludovicus Schalling,
Ecclesiastes aul. &
Confistorij assessor.

Illustrissime Dux, PRINCEPS Celsissi-
me, nunquid
Non satis est furiae, dum publica, privaq;
sursum

Vorsum volvitur hinc atq; hinc Res omnis, & omnis
Inter spemq; metumq; haeret Patria optima nostra?
Ni spargant etiam Quaedam Capita improba passim
Falsa futurarum Prognostica conscia rerum:
Atq; aut securos ducant in fasq; nefasq;
Aut desperatos, specie Quoscunq; sacrata
In partes traxere suas? ô tempora, mores!
Quos inter gelidis salebrosior unus Elystris
Iudicium extremum plures disjungit in Aedus,
Inq; dies plures, & CHRISTVM Mille per Annos
Detrahit è Caelo, ut Montes habitare Sionis
Et regnare super recutitos possit Apellas.

Illu-

Illustrissime Dux, PRINCEPS Celsissime,

Quidnam

Ista malignantium non aufit turba, futuram
Ut vitā ex animis Hominū eximat, utq̄ probet, quā
Sordeat Augustana Viris Confessio Calvis.

Credimus; an ipsi sibi sunt malè-conscij, & inde
Vivere in hoc Mundo mallent per Secula longa?

An sua peruersis placet illa licentia, Quā jam
Impunè omne genus Chartarum nomine ficto
Spargitur, & nemo timet altam CAESARIS iram?

At longas habet ille manus; & maximus ille
Ensifer Imperij non sic patietur inultum.

Nectus sanctarum Custos acerrime Legum
FANE PHILIPPE files: namq̄ Admonitoria curas
Proferri, atq̄ eadem non depellenda probari.

Hinc tibi Olympiaden Octavam condimus, & jam
Principio Nonæ felicia quæq̄ precamur.

Ipsè DEVS, DEVS ipse tuis conatibus adsit.
Ut possis Verbumq̄ Dei, Pacemq̄ tueri.

Tum tibi Olympiades alias DEVS annuet Octo.

Caspar Facius.

A 3

Rex

Rex Summe Regum, mi Pater,
Clemens DEVS, fidelium
Defensor es, tot cladibus
Gressus meos nunc eripe.
Succurre confestim tua
Duros labores ah ope
Perferre præsens huc meos,
Pressum DEVS tu subleva.
Exosus hos vexet pudor
Fædasque tingat buccinas,
Vitæ meæ qui retia
Spargunt, minantes tristia.
Tergoque convellantur hinc,
Turpi cadant lapsu, mihi
Grandes Cachinnos qui parant,
Eia jacet? conclamitant.
Lætentur econtra pij
Hymnis & exultantibus
Psalmis canant JOVÆ decus,
Laudes, honores, gloriam.
Qui spem salutis firmiter
Veram locant fiducia
In TE, piâ fingant DEO
Sic voce summo jubila.
Verum, Pater clemens, robur
Viresque tu nosti meas
Viles, ijs succurrito
Præsens cito, nunc adjuva.
Nostro D VCI da corpore
Sano frui, pax optima

JANO

JANO-PHILIPPO sydere
Claro resurgat, apprecor

Laurentius Maenius D.

Serenif. Duc. Saxon. Medicus.

Ἦ μέλος τὸ Κύνθι
Ἦν Φθέγγεται πανόλβιος,
Μισᾶν τὰ Φῦλα ἐνθεᾶ
Μέλποισι Φοίβω γ' ἦδεα.
Λαμπρὸν Φάνη βροτοῖς Φάθ,
Ἐν τοῖς ἀναξί ἥλιος.
Ἀρχῆ πάτρης γενέθλια
Ἄυθις πάρεσι κλείνια.
Γδν χαῖρε, αὔτε χαῖρο
Ῥίναξ αγανέ, γήθεο.

Ἔργον ἴσον τὰ μέγιστα
Καίειν ἐνὶ δεκαρδία,
Ρέζειν γλυκίστα Δαίμονι,
Θυμῶ φρενέιν εὐφρονη.
Σύγχαρμα ἴδτο ἐκλεῖω
Εὐχαιρέμεν φρεσὶν ποδῶ.
Ἦν εὐχομαι γενέθλιον
Ἀρχῆ γενέσθ' ὀνήσιμον,
Τέργον θεοφιλές θεοῖς,
Τέργον βιωφελές βροτοῖς.

Ἰσοπαγῆς χάριν ἐχεδιαζόμεν

M. Michael Himmel, ConR.



MP 665 BR



n.c.



ULB Halle

3

004 973 682



TA 70L

VD 17



IN NATALE
ILLUSTRISSIMI A
Principis ac D

Dn. JOHANNES
PHILIPPUS

DVCIS SAXONIÆ,
AC MONTIUM, LANDG
Marchionis Misniæ, Comit
purg, Domini in R



ALTENBURG
IN OFFICINA
Anno

M DC

